

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Confessio d  
cum fonte primo

Cum humilitatis causa mentiris, si  
non eras peccator antequam mentireris,  
mentiendo efficeris quod uitaras;  
ueritas in te non est  
nisi ita te dixeris peccatorem  
ut te esse cognoscas.

Augustinus ibidem (super Iohannem).

Cum ergo humilitatis causa mentiris,  
si non eras peccator antequam mentireris,  
mentiendo efficeris quod euitaueras.  
Veritas in te non est,  
nisi te ita dixeris peccatorem,  
ut etiam esse cognoscas.

Augustinus Hipponensis, *Sermones in epistolas apostolicas*, 181.5 (CCSL 41Bb, S. Boodts ed., p.694, ll.106-109).